Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



sumptus es. quia pulvis es & in pulverem reverte
ris. Et vocavit nomen uxoris suae Eva. eo quod mater
esset cunctorum viventium. Fecit quoque dominus deus Adae &
uxori eius tunicas pelliceas. & induit eos. & ait.
Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis. sciens bo
num & malum. Nunc ergo videte ne forte mittat manum
suam & sumat & etiam de ligno vitae. & comedat. & vi
vat in aeternum. Emisit eum dominus deus de paradiso
voluptatis. ut operaretur terram de qua sumptus est.
Eiecitque Adam. & collocavit ante paradisum volup
tatis cherubim & flammeum gladium atque versati
lem ad custodiendam viam ligni vitae. Adam vero
cognovit uxorem suam Evam. quae concepit & pepe
rit Cain dicens. possedi hominem per dominum. Rursumque
peperit fratrem eius abel. Fuit autem abel pastor
ovium. & cain agricola. factum est autem post mul
tos dies. ut offerret cain de fructibus terrae mune
ra domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gre
gis sui. & de adipibus eorum. Et respexit dominus ad abel
& ad munera eius. ad cain autem & ad munera eius
non respexit. Iratusque est cain vehementer. & cecidit
vultus eius. Dixitque dominus ad eum. Quare iratus es.
& cur concidit facies tua. Nonne si bene egeris